numeriſ fabricantem. & apud noſ de deō prophꝫ a dicit. qui pro
fert numeroſe ſeculum & ſaluator In euangelio capilli Inquit
ueſtri numerati ſunt;

SCI AGUSTINI EX LIBRO SECUNDO DE DOCTRINA XPIANA

Iam uero numeri diſciplina cuilibet tardiſſimo clarum eſt quod
non ſit ab hominibuſ Inſtituta ſed potiuſ Indagata & inuenta.
Non enim ſicut prima ſyllaba Italiæ quam breuem pronuntiaue
runt ueteres uoluit uirgiliuſ & longa facta eſt Ita quiſquam pot
eſt efficere cum uoluerit ut ter terna aut non ad ternarium
numerum tripla ſint ad ſenarium ſeſqua ad nullum dupla quia
Intellegibileſ numeri ſemiſſem non habent; ſiue ergo In ſe ipſoſ
conſiderentur ſiue ad figurarum aut ad ſonorum aliorumue
motionum legeſ numeri adhibeantur Incommutabileſ regulaſ
habent. Neque ullo modo ab hominibuſ Inſtitutaſ ſed ingenioſo
rum ſagacitate compertaſ. Poteſt & iam de numeriſ fieri ut eorū
tantummodo numerorum expoſita ratio conſcribatur quoſ diui
na ſcriptura meminit quorum aliquid aut omnia Iam forte facta
ſunt ſicut multa quæ a boniſ doctiſque xpianiſ elaborata & con
ſcripta non arbitrabamur Inuenimuſ. Philoſophi autem qui uo
cantur ſi qua forte uera & fidei noſtre adcommodata dixerunt
maxime platonici non ſolum formidanda non ſunt ſed ab eiſ
& iam tamquam ab iniuſtiſ poſſeſſoribuſ In uſum noſtrum

License: PUBLIC_DOMAIN – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 212, f. 107r – Composite manuscript: artes et carmina (http://www.e-codices.ch/fr/bbb/0212/107r)